AD

D. D. vtriuſque Jurispublici Auditores:

Apparet Exercitationum noſtrarum *Triplica*, Dni A. A. -- *Vna Cæteris prolixior -- recentiori Methodo elaborata -- quæ* Vobis *non Hiſtoriam modò* ſummorum Germaniæ Dicaſteriorum *ex Profeſſo delineare ſed inſimùl etiàm primis ſaltim lineis nititur adumbrare ipſam in ſpecie* Praxin Imperii Judiciariam -- *Partem Vniverſæ* Jurisprudentiæ publicæ *ùt magis vaſtam, ſic nimis intricatam -- atque delicatiorem -- in ipſis aliàs Academiis à* Profeſſoribus publiciſtis *aliorum particulari ceù* Practicorum Spartæ *relictam -- nec à* Vobis *hactenùs in Collegiis publicis, ſed privatis ſenſim Repetitoriis vel eò delibatam -- ut ſequente* Vobis *Anno ſi non publicè, ſaltim privativè,* ex Profeſſo *tamen àc vel liberaliùs queat propinari ---- Supereſt, ut his edita* Profectûs Veſtri *Specimina publica, novo triplicentur* Tentamine academico -- *macti virtute,* Dni Defendens, & Opponentes! -- *non eſt, quid quod exſpectare non liceat de Viribus* ingenuæ Adoleſcentiæ veſtræ -- *pergite ſacrâ quâdam Zelotypiâ* Vos *invicem æmulari -- ſed permittite, Vtrumque Collegam:* R. Mäurer ex Kônigswinter, & J. de Kopp Düſſelanum, *publicis æquè honorari* Teſtimoniis, *quæ jàm nuper* in Palæſtram *vocati, plaudente* Minervâ *fuère promeriti* -- Reliquos *ad futuram pulcherrimi* Conatûs *Æmulationem diſertè invitantes.*

TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M